

# **Orationes Dicendae**

**Ad Amictum dum ponitur super caput, dicat:**

**I**mpóne, Domine, capiti meo galeam salœtis, ad expugnandos diabólicos incœrsus.

**Ad Albam, cum ea induitur:**

**A**dealba me, Dómine, et munda cor meum, ut in sanguine Agni dealbatus, gaudiis perfruar sempiternis

**Ad Cingulum,dum se cingit:**

**H**ræcinge me, Dómine, cingulo puritatis, et exstingue in lumbis meis humórem lib'dinis: ut maneat in me virtus continentiae et castitatis.

**Ad Manipulum, dum imponitur brachio sinistro:**

**M**erear, Dómine, portare manipulum fletus et doloris: ut cum exsultatiōne recipiam mercédem labóris.

**Stolam, dum imponitur collo:**

**R**edde mihi, Dómine stolam immortalitatis, quam Pérdidi in prævariatioне primi parentis: et quamvis ind'gnus accedo ad tuum sacrum mysterium, merear tamen gaudium sempiternum.

**Ad Dalmaticam:**

**I**ndue me, Dómine, indumento salútis et vestimento lætitiae; et dalmática justitiae circúmda me semper. Amen.